Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8182
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ex illo verbo. xxiiii. prov.
Per agrum hominis pigri transi-
vi. et per vineam stulti. et ec-
ce totum repleverant urti-
ce. operuerant superficiem eius
spine. et maceria lapidum
destructa erat. quod cum vi-
dissem posui in corde meo.
et exemplo didici discipli-
nam. sicut ager profert spi-
nas et tribulos et cetera
inutilia. nisi utilibus semi-
natus fuerit. sic homo. spi-
nas et tribulos germinat
nisi utilibus occupationibus se
repleverit. unde Ber. Hec ma-
ledictio Ade. et in terra labo-
ris nostri. et in agro cordis
et corporis nostri. noxia et in-
utilia. continuo passim per-
veniunt. utilia vero et necessa-
ria cum labore. potest etiam
idem ostendi multis aliis ex-
emplis. Corrumpitur enim
aqua quiete. unde poeta.
Et capiunt vicium nisi mo-
veantur aque. Vinum etiam
ex se feces generat. Vnde a fe-
cibus illis mittetur totum cor-
rumpitur. Idem accidit de
accidioso. qui totus acidus
vel acetosus fit. adeo enim corrum-
pitur. ut bona quedam displice-
ant. que sibi placere deberent.
Homo in presenti similis est illi
qui in flumine est impetuoso
qui in uno loco stare non
potest. et nisi ad summa
conetur. ad yma labetur. Eo
quod homo ex nichilo est. et ad
nichilum redit. et ad nichi-
lum culpe. et etiam ad mor-
tem. nisi conetur progredi.
et proficere regredietur. et deficiat.
unde Ber. In via vite non pro-
gredi. regredi est. cum nichil
adhuc in eodem statu perma-
neat. Homo similis est castro
plurium dominorum. inter quos il-
le qui remissus est totum
amittit. alius vero paulatim
aufert eius suum. Sic si
spiritualiter remissus fuerit. caro
que adversus eum concupiscit
cottidie aliquid acquirit super
spiritum. unde prov. xii. Manus
fortium dominabitur. que autem
remissa est tributis serviet.
Pannus candidissimus quasi
imperceptibiliter niger efficitur
unde frequenter ablucione indi-
get. Manus enim corporis que
insensibiliter post ablucionem
sordide efficiuntur. unde freque-
ter in die lavari oportet.
Sic enim homo frequenter sela-
vet. a sordibus spiritualibus illis
repletur. Negligencia igitur et
accidia hominem replent ma-
lis culpe. Homo ad modum
vinee putatione indiget.
et non semel tantum. sed fre-
quenter sicut ostendit Ber. super
super illud in Cant. Tempus